PER LA LAUREA

IN MEDICINA

DEL SIG. ANDREA GERARDI

DI LONATO

Digitized by Google

Digitized by Google

SONETTO

Qui nell' Asil che i tuoi verd' anni crebbe (1)
Festi segno ai pensier meta non vile;
Qui larga il labbro tuo fatto gentile
Del latino Ippocren l' onda si bebbe. (2)

D' Esculapio la sacra arte poi t' ebbe
Fra suoi cultor, cultore non umile;
E lunge sì, ma pur tieni lo stile
Che al divin Fracastor fama sì accrebbe. (3)

Sacro ad Apollo e ad Esculapio insieme
D' ambo ti cinga l' onorata fronda,
Che di tempo o di verno onta non teme.

Resta che Imene il croceo velo d' oro
Pur ti dispieghi, e sul tuo crin confonda
Il *Pellegrino* fior col nuovo alloro.

L' AB. L. D.-V.

(1) Il R. Convitto di S. Caterina in Venezia, dov' ebbe la prima sua educazione.

(2) Fra le molte altre, volse sin d'allora in altrettante eleganti elegie latine le 24 canzoni pastorali del Pompei.

(3) Poeta e medico insigne veronese. (Ciò sia detto per chi mai potesse ignorare nome così venerando.)

Digitized by Google

Digitized by Google

ALLA MADRE DEL LAUREATO

SONETTO

Madre, tu pensi al figlio, ed una stilla
Dolce dagli occhi ti discorre intanto,
Non la celar: più vaga è la pupilla
Quando la bagna della gioia il pianto.

Tu la via gli additasti; ed ei fornilla
Mercè un Padre novel, che amollo tanto. (1)
Un serto sulla fronte alfin gli brilla
De' suoi lunghi sudor prezioso vanto.

Rammenti tu quei dì, che timorosa
Sull' avvenir di Lui gittavi il ciglio
Più assai del suo, che del tuo ben pensosa?

Obblia gli affanni in così fausto giorno,
Tutti in letizia te li volge il figlio,
Che al sen ti vola di quel serto adorno.

AB. ANTONIO RUZZINI

(1) Si allude alla generosa e particolare assistenza del chiarissimo Abate Luigi Dalla Vecchia, Provveditore del R. Liceo Convitto di Santa Caterina, per guidarlo alla meta sospirata.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPIGRAMMA

Quid nunc Phoebeae meruit tibi frondis honorem?
Novimus. Ingenium praemia digna tulit.
Vati debetur Laurus, debetur et illi,
Qui novit morbos pellere corporibus.
Artes tu medicas, tu dulcia carmina curas,
Jure igitur redimunt haec duo serta comam:

A. RUZZINIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Amico!

I nodi d' amicizia fra compagni d' infanzia sono indissolubili, perchè figli, oltrechè di confidenza, di reciproca stima; e Tu a diritto te la sei acquistata, che nelle letterarie discipline riportasti sempre fra noi le prime palme. La latina poesia fu il tuo studio prediletto; non ti sarà dunque discaro, ch' io ti presenti in questa lieta circostanza una fra le tante elegantissime e felici versioni (versioni che spesso superano l'originale) di Colui che ti apprese quanto dolce si fosse l' idioma de' nostri padri. Il chiaris.mo prof.re Ab. Francesco Filippi s' è acquistata una rinomanza tanto maggiore quanto è più scarso il numero di quelli che intatta ci conservino la bellezza del carme latino. Noi insuperbiamo d' essere stati suoi discepoli, ed io mi tengo per assai onorato, che ebbi da lui la permissione di dare alla luce questo suo prezioso lavoro per anco inedito.

Tu quindi considerandone l' argomento, e conoscendone l' autore, son certo l' accoglierai quale un pegno di stima e di amicizia, di cui altro più opportuno non saprebbe in questa circostanza tributarti

Il tuo Aff.mo Amico

R. PICHLER

Digitized by Google

VARIOLÆ INSITIO

JOSEPHI PARINI ODE ITALICA

LATINIS VERSIBUS DONATA

ELEGIA

Quo tu vela, Ligur? quae spes audacibus alnis?
Non nova ventorum sunt tibi flabra timor?
Quae tibi tanta animum subigit fiducia rerum,
Intacti ut tentes stagna profunda maris?
Audi, Æuropa omnis facinus qui rideat istud,
Qui spernat mentis somnia vana tuae.
At vulgum pariter tu spernas. Fallitur ille:
Natura haud vastis dissociavit aquis
Saecla humana, ollis aptas si tradidit artes,
Queis maris immensi solvere vincla queant.
Montibus atque altis docuit deducere pinus
Insultaturas fluctibus, atque rates;
Colligere et quosvis sublata in lintea ventos.
Et citius liquidas sic peragrare plagas.
Nauta haec secum Heros. Jamque Herculis ipse columnas
Perculit, unde ingens horruit ante timor.

Digitized by Google

Suspexitque novi fulgentia sidera Coeli,
Et nova non notae murmura sprevit aquae.
Mirantur gentes quas longum condidit aevum
Portenta ignoto tanta ut ab orbe vident.
Æuropae ille redux thesauros monstrat adeptos,
Illum quae ex ipso littore ridet adhuc.
Carior est homini, Bicetti, carior auro
Spes, ei quae longos spondet amica dies.
Humanos animos pertentat fortius auro,
Nativo facies si qua decore nitet.
Improba turba tamen, quam dura inscitia vexat,
Ausus vel damnat, facta vel ipsa negat
Ejus, qui duplicem thaesaurum hunc exhibet; orbi
Assueta et veteri, spernit iniqua novum.
Ut seges in campo, quam sol, quamque educat imber,
Succrescunt sanctis germina connubiis;
Natorum in facie genitor novus exuit annos,
Corde et laetanti gaudia magna fovet,
Hinc quod prospectat serae solatia vitae,
Ut queat extremos sustinuisse dies;
Dum parat agricolas, juvat artes, agmina et auget,
Heroum matri consulit, et patriae.
Parvula gens crescas; olim quum adoleverit aetas,
Fortia tu patriae signa sequere tuae;
Tuque erit, ut casto succendas pectora amore,
Quum micet in roseis pronuba flamma genis.
At quae falx, heu, heu ridentia demetit arva!
Quae primos flores decoquit horrida hiems!
O spes fallaces! rapidi vota omnia venti
Irrita per terras, et freta longa ferunt.

Membris in teneris residet letabile semen;
Et tacitum medicam non sibi poscit opem.
At Furia hoc percit Stygiis egressa tenebris,
Humani generis maxima pernicies.
Dira lues intus primum grassatur; et inde
Exterius corpus pustula crebra tegit.
Et necat hoc prorsus speciem, vel detrahit omnem,
In statuam herois quod manus hostica agit.
Indomita, atque ferox furia haec semel arripit omnes;
Saevit at aetati saepius heu tenerae.
Pauperis et tugurî sordes, et regia tecta
Funestat paribus vis inimica malis.
Luctus ubique ingens: cumulatur funere funus:
Luctus ubique ingens: usque sepulcra patent.
Est, quem praetereunt diri contagia morbi;
At fata infelix dein graviora pavet.
O miseros! tacito mussat medicina timore,
Pharmaca nulla juvant; nec juvat ulla manus.
Quicquid tentatur, prorsus labor irritus omnis,
Explicuit vires morbus ubi ipse suas.
Huic si praecipue natura humana vigorem
Augeat, impatiens tam grave ferre malum,
Debilis ars heu, heu! tentamina laeva salutis,
Quae morbum expectant, nec prius ipsa cavent.
Hunc non expectat terris gens crebra in Eois,
Barbara quae falso dicitur atque rudis.
Eluditque feri non eluctabile telum
Daemonis, ante sagax tempora certa legens,
Queis possit valide fatale vincere monstrum;
Callida et audaci comprimit arte malum.

Cogit et uti armis, quae obtusa ei porrigit ipsa;
Perniciemque luis decipit usa lue.
Dum regnat morbus, nimirum seligit ejus
Tabem, quae noxae jam levioris adest,
Illa commaculat bene amatam provida prolem,
Servat et a dira tempus in omne vice.
Pechinum humana sic undique prole redundat:
Sic ob foemineum claruit usque decus.
Caucaseae rupis stirps accola, claustraque complet,
Regnum ubi caeca suum Cypria Diva tenet.
Quae ratis ignotas visens, Monteguia, terras,
Ignota et pelagê, jam varios populos
Postquam detexit, antiqua et grandia regna,
Gemmisque atque auro praegravis ipsa redux,
Tantum thesauri nobis portavit, ut isti
Sit par, odrysiis das quod ab ipsa plagis.
Angli riserunt, Gallique, atque Itala tellus,
Fabula quod visum est, insitionis opus.
Iudicium hic oriens falsa e ratione, molestum
Ingruit, ingentes addidit atque minas.
Successus habuit frustra experientia faustos;
Adfuit et felix exitus, acta probans.
Falsa etenim pietas in verum, atque utile nixa est,
Olli foemineo vim tribuente metu.
At non sic olim spreverunt tristia dona,
Quae nova pervadens Oceani spatia
Nuper detecto portavit ab orbe Americus:
Extemplo haec avida corripuere manu.
Fragmenta et solium, innocuo respersa cruore,
Et fructus, virus in quibus omne fuit,

Laetae exceperunt; vitaeque e fonte, nefandum!
Hausere angores, diraque damna simul.
Talis mortales agitat vesania mentes,
Contra ea, quae ratio suggerit, arma movet,
Naturâ deutens: eadem ratione male usa
Naturam laedit, dum bona praebet opem.
Indoctos populos docet haec depellere mortem,
Prole in dilecta quod pia mater agit.
Et doctus populus, qui despicit omnia, talis
Consilia haec odio provida matris habet.
Grande novum siquidem mendax solet usque videri
Iis, quorum sophiae lumine corda carent.
Ast ubi securo sapientes agmine regnant,
Utile quod cernunt, cura vel una venit.
Deterrere minae nequeunt, nec dedecus: omnis
Consilium nisus prosequiturque bonum.
Rem probat eventis: populi sic tollitur error:
Sic dirò e morbo fulsit amica salus.
Angli viderunt, Gallique atque Itala tellus
In vulgum doctos surgere ubique viros.
Arsit in immensum fervens amor iste juvandi,
Protinus et cunctos corripuit populos,
Debilis, et nudus non amplius ivit in arma
Quae contra admovit vis inimica, puer.
Sed certo clypei sub tegmine, tutus et istam
Evaluit fati eludere perniciem.
Audax tantorum sectare exempla virorum
Tu quoque, Bicetti, viribus use tuis.
Tu quoque fac valeas pietatem vincere duram,
Insubrum matrum quae male corda tenet.

Humanis succurre malis : contemne nocentem
Sedem, ubi se fastu dira superstitio
Armat, vero hostis, schola et illa effoeta senecta
Quae sese ad falsum comparat usque tenax.
Ut tunc succrescet validorum turba nepotum,
Pinguia robusta quae colat arva manu !
Hic animum pacis placidas appellet ad artes :
Hic truculenta feris Martis ad arma ruet.
Nec deerit, dulces moveat quae gratia sensus,
Languoremque abigat, quo modo torpet Hymen,
Qui sine prole miser, communia damna gemiscens,
Incerta hac illac prole vagatur inops.
Idaliae ramos olim de germine myrti
Decerpet rosea quaeque puella manu,
Quisque puer pariter certatim e quercubus altis
Decerpet frondes, grataque serta leget,
Ut tibi, qui gemino lauri clararis honore,
Annosas radiet lux nova et inde comas ;
Dum resonent late laetis clamoribus aurae :
Hic procul a nobis damna, necemque tulit.
Talia nimirum recinit mihi nobile plectrum,
Assuetum in digitis dulce sonare meis.
Nobile plectrum, hominum quod saxea pectora mulcet ;
Prorsus flexanimâ carminis harmoniâ
Ad verum atque bonum alliciens : nec laude nocenti
Unquam, quod pulcrum est, se maculare tulit ;
Aut falsum extollens, solii, quod lumine fulget,
Aut, quod vile solet saepius esse, potens.

FRANCISCUS PHILIPPIUS.

99 449942